

Si audire nolueritis apprehendet vos oēs iste maledictiones. maledictus eris in ciuitate. maledictus in agro. maledictum horreum tuum. maledicte reliquie tue. maledictus fructus ventris tui. **T**ercio maledicuntur in bonis speratis quod est regnum celorum ut illud nullatenus sequantur deum. ut supra dicitur. **M**aledictus eris egrediens et ingrediens. ac si dicat. **M**aledicta erit anima cum a corpore egredietur et maledicta erit cum ingrediatur. hoc est cum ingredi desiderat regnum dei. **M**aledicuntur non ut ingrediatur. sed ut cupiens ingredi excludatur. dicitur autem maledicente maledicuntur etiam eis omnis creatura ut tales dicere possint illud iere. xv. **Q**uem mibi mater mea ut quod me genuisti. virum rixae. virum discordie in vniuersa terra usque omnis maledicunt mibi. **Q**uartus fructus peccatorum est eterna damnatio quod in verbo primo proposito euidenter innuit cum dicitur. **O**mnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. **H**ic est quod reprobus dicitur in iudicio. **I**te maledicti in ignem eternum. **Q**ui si aliquis ex omnibus his promotus desiderat haec mala pessima declinare. ecce dei pietas usque ad minimum nobis condescendens de celo clamat quid facere debeamus dei nobis illud **Ecc.** xix. **M**inimus pro magno placeat tibi. hoc est minima satisfactio pro maximis istis malis. **D**ecem minima in hoc consistunt. ut commissis penitemus. scilicet in posterum caueamus deum et primum diligamus quod non dicuntur minima virtutis vigore. sed ex paruo labore quid enim facilius est quam dolere de re profundis damnis quam incurrimus ex peccatis. dolet homo de cuiuslibet rei amissione et non potest dolere de corporis et aie perditione. **A**n non facile est ut peccata caueamus quam multum habent laboris et fatigationis dei. iere. ix. **C**um inique agerent laborauerunt. **A**n non facile erit ut deum diligamus quam nobis tam infinita beneficia contulit et adhuc maiora conferenda promissis fortissimis se constrinxit cum quibus beneficiis facillime diligatur. **S**i ergo haec tria fecerimus reconciliabitur in integrum deus dicetque nobis illud iere. ij. **J**am placatus sum super malo quod cogitavi ut facerem tibi. **D**ecem enim tria sunt certissima signa et euidentissima testimonia

remissionis peccatorum. **D**e quibus dicit iohannes. **A**ria sunt que testimonium dant in terra aqua sanguis spiritus. pro aqua peccatorum contritionem per sanguinem eorum de resistentiis et cessationem pro spiritu dilectionem volens intelligi. **H**ic ber. **A** sanguine aqua et spiritu testimonium habere est. si contines a peccatis. si dignos penitentie agis fructus si facis opera vite. scilicet pro dilectionem. **CVIII.** **D**e eodem sermo secundus

**S**icut malus inter ligua siluarum sic dilectus meus inter filios Cantu. ij.

**D**icitur ber. **H**omines sicut arbores vidit quidam. hec ita quod arbor sine ad austrum siue ad aquilonem ceciderit ibi erit. **A**ustrum calor et leuitas in sacra scriptura bonam habere significationem solet. sed ab aquilone panditur omne malum. hec ergo arbor excidit in morte. et quocumque ceciderit ibi erit. quod ibi iudicabit te deus ubi te inuenerit et ibi eris immutabiliter et irremutabiliter. **V**ideat ergo homo arbor quo casura sit antequam cadat. quod postquam ceciderit non adiciet ut resurgat. **S**i autem scire volueris quam parte casura sit. ramos eius attende. nam ubi maior copia ramorum et ponderosior est inde casuram non dubites si tamen tunc fuerit excisa. **R**ami vero eius nostra sunt desideria. quibus ad austrum extendi mur si spiritualia fuerint. si carnalia ad aquilonem. **Eccle.** xi. **S**i ceciderit lignum ad austrum aut ad aquilonem etc. **D**icitur ber. **C**ur obmissis nobilioribus arboribus mediocritas huius arboris adducta est in medium ad forandum preconium nisi quod eius virtutes ex usu pre ceteris cognoscimus et ut ex eis proprietas electorum dei et dilectorum dignitates et gratie explicentur. **L**icet enim sint multis nobilioribus arboribus commendati. ut est illud ps. **I**ustus ut palma floret. et illud **Eccle.** **S**icut oliua pullulans et sicut cypressus etc. **H**as tamen arbores pro instanti expositione non assumimus. ne ignotum pro ignotius exponamus. sed cognitam arbores adduximus. ut pro eius noticiam ad electorum noticiam facilius veniamus. **E**xpedita ergo vna arbor mala cum fructibus suis malis. pro quam reprobos diximus designari nunc de electis dei sub nomine bone

arboris et eius fructibus quod dominus dederit prosequamur. De qua arbore dicitur in libro de plantis quod malus est arbor pomifera: ligno solida: cortice rugosa: frondium densitate rimbrosa: florum paritate decora: fructuum suauitate iocunda: vsui et gustui granosa. in diuersis medicinis efficacis et virtuosa. duplicem habens naturam scilicet ex rudi tronco et surculo superduco. **P**er quibus omnibus arborem istam sub septem eius proprietatibus exponemus. Est enim malus arbor radice profunda: in stipite solidata. in cortice deformata: surculo transplantata. ramis dilatata. folijs densata. floribus decorata. et fructibus onustata. per quas proprietates electi dei et dilecti explicantur. et nihilominus qui in societate desiderant venire informantur. **H**ec per ordinem persequentes. primo dicimus quod electi dei congrua similitudine malo comparantur propter radicis profunditatem. Nota quod radix habet tria esse enim occulta. arbori dat vitam et arborem portat. sic radix predestinationis est occulta. **Eccle. ix.** Nescit homo virtutem suam vel odium dignum sit. **S**ecundo radix dat vitam arbori. **Ezech.** Transiens per te vidi te vsque et dixi tibi viue. **T**ercio arborem portat. **apostolus.** Non tu portas radicem sed radix te. **S**ic enim malus in profundum mergit radicem suam. sic radix electorum que est divina predestinatio in profundo eternitatis est immersa. et hoc est quod iere. ij. electis dicitur. **I**n caritate preuia dilexite. ideo attraxi te miserans. cui consonat **apostolus.** **Eph. i.** Qui elegit nos ante mundi constitutionem ut essemus sancti et immaculati in caritate. **C**ur autem hoc fecit subiungit causam dicens. **Q**ui predestinavit nos in adoptionem filiorum secundum propositum voluntatis sue. ac si dicat. **N**on est dare aliam huius ineffabilem causam nisi propositum voluntatis sue. ac si dicat. **H**oc est quod volui. hinc **psalmus.** Saluum me fecit quoniam voluit me. et iterum. **N**on enim gladio suo et vsque. quoniam complacuit in eis. **Q**uod adhuc apertius **Ezech. xvi.** dicitur. **T**ransiens per te vidi te conculcatam in sanguine tuo et dixi cum esses in sanguine tuo viue. dixi in sanguine tuo viue et multiplicatam quasi germen agri dedit te et multiplicata es et grandis effecta et ingressa es et peruenisti ad

mundum mulierem. vbera tua intumuerunt et pilus tuus genuit. et eras nuda et confusione plena. **E**t transi per te et vidi te et ecce spiritus tuum spiritus amantium et expandi amicum meum super te. quod totum de predestinatione accipit. nam ut ait greg. videre idem est quod eligere. quod autem dicitur viue. non aliud sonat nisi quod diligo te. in amore enim dei datur nobis vita. **I**n hac dilectione qua misericorditer preueni sumus dulciter iuditur aug. di. aie sue. **C**erte audisti ab initio vsque ad hanc diem quod multe generationes hominum transierunt qui omnes sine cognitione dei in interitum sempiternum dilapsi sunt. oibus illis amarus tuus presulit te. et quare putres prelata es illis oibus. nunquid fortior. nunquid sapientior. nunquid nobilior. nunquid ditior illis fuisti. **A**cqua quod quod nihil adhuc extinguit. et tamen tu sola pre omnibus illis assumpta es. et quare hoc in te factum sit nullam preter gratuitam saluatoris tui caritatem causam aliam poteris inuenire. vnde sicut radix arbori ministrat alimentum vite per succum quem succum mittit. sic radix divine predestinationis occulte nobis et secreta. tamen sibi manifeste eligit et fouet et nutrit arbores electorum fluens in eos esse gratuitum quod radicibus trahunt a preueniente et eterna dei caritate. hinc **apostolus.** **Ro. xi.** Non tu radicem portas sed radix te. quod apertius dicit dominus iob. **N**on vos me ele. ego ele. vos hec est illa caritas de qua dicitur **Eph.** **I**n caritate radicati. **S**ecundo per malum conuenienter electi designantur propter stipitis duram soliditatem quod sicut malus in stipite suo habet duriciam et fortitudinem. ut sit difficilis ad secandum sic electi fortes sunt. nec facile cedunt malo. **H**inc **paralip. xvi.** Dominus dabit fortitudinem. his qui perfecto corde credunt in eum. **H**ec autem fortitudo triplici genere exercetur scilicet in peccatorum resistencia. aduersorum sufferencia. in bonorum opum efficiencia ex quibus tribus fit vna fortitudo supra modum maxima ad quam exercenda monemur. iudi. vi. cum dicitur. **D**isce in quo sit fortitudo maxima. **Q**ui enim victis et peccatis impugnantibus non superat. temptationibus non lassatur. difficilibus et arduis operibus non fatigatur. merito fortissimus predicat

De primo dicitur. **Sap. x.** Certamen forte dedit illi ut vinceret et illud ap. **Fortes facti sunt in bello de secundo pot sumi illud. He emie.** Gaudium domini est fortitudo nostra gaudet enim dominus cum nullis aduersitatibus frangimur. nec ullis temptationibus superamur. De tercio dicitur **ysa.** Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem assumunt pennas ut aquile currunt et non laborabunt. laborabunt et non deficient. hinc de eisdem dicit prouer. xiiij. **Ubi apparent plures segetes ibi manifesta est fortitudo bouis quia ut ibidem dicitur.** Manus fortium dicitur operatur. qui ergo in his tribus viriliter agit. videlicet in malorum reluctatione. aduersorum tribulatione. arduorum operatione. merito fortissimus iudicatur et arbori malo in stipite assilatur. **Ter cio dilecti dei et electi malo assilantur in corticis deformitate. quid per corticem nisi electorum exterior conuersatio designatur. in qua quanto digniores et sanctiores sunt interiorius. tanto deformiores et contemptibilio res apparent exteriorius. que duo conuenienter prefigurata legimus in tabernaculo domini quod interiorius fuit auro purissimo decoratum exteriorius vero caprinis pellibus deformatum cui consonat sponsa christi in Cant. cum dicitur. Nigra sum sed formosa. nigra scilicet exteriori deformitate. sed formosa spiritali penositate. de quibus electis adhuc dicitur. iob. xij. Lampas contempta apud cogitationes diuinitum. Lumen enim dicit lampas insinuat claritatem interiorum. cum autem addit contempta. ostendit exteriorum contemptibilitatem. **Hec duo paulus de se loquitur. i. Cor. iij.** cum dicit. **Glos nobiles. nos autem ignobiles usque in hac horam esurimus et sitimus. nudi sumus et colaphis cedimur et instabiles sumus usque tanquam purgamenta facti sumus huius mundi et omnium ipsissima usque adhuc. et hoc de exteriori deformitate. ceterum de interiori claritate non longe post subiungit. **Rogo vos imitatores mei estote sicut ego christi. quod totum exponens ber. di. **Qui deformis est paulus speciosior est omni ornatu extrinseco ostendit etiam cultu regio non comparabit ei quanta libet pulchritudo carnis ita ne paulum de presentia corporis estimamus et tanquam deformem********

ptenim? quia cernimus hominum afflictum fame et siti in frigore et nuditate nonne ipse est qui rapitur in paradysum. qui unum alterumque perambulans usque ad tertium sui puritate penetrauit celum. **Quae et si deforme in habitante corpusculum. pulchritudo tamen celestis. angelica sublimitas et claritas diuina non repulit. **R. Sed que causa est quod electi dei tam despicabiles foris apparent et deforme cum intrinsecus sint tam decorati. Cui questionem respondet sponsa in Cant. di. **Quia de colorauit me sol. i. christus deus noster. **Ad enim omnem diligentiam ad interiorum suum hominem qui ad similitudinem dei factus est reformandum intus trahent ideo necesse est ut negligant exteriorum quia ut ait iob. **Nemo est qui valeat utrumque et manum possit mittere in ambobus scilicet ad intendendum utriusque cultui et ideo interiorius occupati manent exteriorius deforme. **De autem interiorius continue occupentur ostendit beatus dicens. **Omnis cura sanctorum spreto ornati cultus exterioris hominis. omni se diligentia prebet et occupat ad excolendum et occupandum interiorum hominem qui ad imaginem dei factus est. **Certi enim sunt deo nihil posse esse acceptius imagine sua si proprio fuerit restituta decori. et ideo toti interiorius occupati toti exteriorius negliguntur. **Nemo enim ut ait dominius potest duobus dominis seruire. **Sed quid de hominibus dicimus cum hanc deformitatem ille in se suscepit. qui solus speciosus forma pre filiis hominum dicitur est. **De cuius deformitate dicitur. **Esa. liij. **Non est ei species neque decor sed vidimus eum despectum et nouissimum virorum virum dolorum et scienter infirmitatem et nos reputauimus eum quasi leprosum et percussum a deo et humiliatum. **De eius autem decore non longe post subiungitur. **Generationem eius quis enarrabit. **De quibus ambobus dicitur. **De nouissimum et alissimum. o humilem et sublimem opprobrium hominum et gloriam angelorum. **nemo illi sublimior. nemo humilior. **Quarto malus surculo transplantatur cuius virtute stipitis ignobilitas in nobilitatem surculi transmutatur. et ecce res**************************************

mira quod parvus magnum. infirmus fortem  
tam efficaciter superat. Non enim truncus  
surculum. sed surculus truncum superat et  
sic vincit infirmior fortiozem quam quidez  
proprietatem propriissime in se continent.  
cum enim secundum stipitem pame propa  
ginis secundum quam ut ait apostolus E  
plix. ij. omnes natura eramus filij ire siue  
valde ignobiles. deus noster tanquam no  
bilis surculus se transmutat in nos cuius  
virtute abesse nostro ignobili in esse suum  
nobile diuinum transmutamur di. aposto  
lo. ut supra. Cum essemus mortui peccatis  
coniuuificabit nos deus in christo. cui gra  
tia saluari sumus. hinc iere. xviij. dicitur Be  
atus vir qui confidit in domino vsqz. et erit  
tanquam lignum quod transplantatum e  
super riuos aquarum. et merito beatus qz  
ex hac transplantatione homines dicuntur  
dy di. ps. Ego dixi dy estis et cetera. Qui  
to malus ramorum multitudine dilatatur  
sic electi dei ramis virtutum necessario di  
latantur de quibus dicitur Ezechi. xxvi.  
Montes israel ramos vestros germinate.  
hoc est virtutum gemina multiplicare. Ci  
demus autem quod in malo quidem rami sur  
sum eriguntur alij a latere protenduntur.  
alij intra se inflectuntur. sic per omnem mo  
dum est in electis. Nam rami virtutum  
alij sursum ad deum eriguntur ut virtutes  
theologice scilicet fides spes et caritas. alij a  
latere ad proximos extenduntur ut est pa  
miseria conuulatio et compassio et si que  
sunt similia. alij intra se flectuntur quozuz  
usus et exercitia solum intra nos acutantur  
sicut sunt cardinales virtutes. scilicet tem  
perantia. prudentia. fortitudo. iusticia. sumi  
liter castitas humilitas et si que sunt similef  
Sicut igitur in arboribus rami disponun  
tur sic virtutes in nobis ordinantur. nam  
quedam sursum ad deum eleuantur. alie ad  
proximos deuiantur. alie vero intra se in  
curuantur. Sexto malus habet multitudi  
nem foliozum. per que folia opera merito  
ria designantur ut videlicet malus qui ele  
ctos signat tot habeat folia quot electus qui  
libet opera meritoria ex se gignit. Hinc ad  
comendationem cuiuslibet electi dicitur il

lud ps. Foliu eius non defluet et cetera.  
ac si dicat. Foliu meritorie cogitationis  
locutionis operationis a quolibet electo ia  
ctum non in perpetuum eualescit. Hinc p  
uerbiozum nono. Iusti quasi virens foliu  
germinabunt. de quibus folijs dicitur E  
zechielis. xlvij. Daniel quarto Apoc. xxiij.  
Erunt folia eius cuiuslibet electi in medici  
nam efficacissima. Efficacissima enim me  
dicina infirmis animabus maxime congru  
ens sunt folia bonorum operuz. De qua me  
dicina dicitur Ecclesiastici decimo octauo.  
ante languorem adhibe medicina. ac si di  
cat. Antequam infirmis bona opera mul  
tiplica. hinc de beato viro dicit Iere. xvi.  
Erit foliu eius scilicet cuiuslibet electi vi  
ride. que folia bonorum operum tanto erit  
viridiora quanto opa nobiliora. tato medicina  
erit efficacior quanto operatio bonorum o  
perum multiplicior. **U**t ergo ex his  
folijs medicinam nostris animabus effica  
cissimam exhibere valeamus tribus appen  
ditijs nostra opera faciamus ut videlicet o  
peremur frequenter sapienter diligenter.  
Primo operemur frequenter bono bono continuat  
tes. nunc bona opera misericordie exercendo. nunc  
corpora dei seruitio prosternenda. nunc spiri  
tuum interiozem spiritualibus affectioni  
bus inflammando. taliter hec continuan  
tes ut nunquam ad momentum inuenia  
mur ociosi quod facere monemur. Ecclesi.  
vbi dicitur. Quodcumqz pot manus tua  
instanter operare. quia nec opus nec ratio  
erit apud inferos quo tu properas. Hinc  
Ecclesiastici quadragesimo. Nane semina  
semen tuu et vespere non cesset man tua qz  
merces erit opto tuo. ac si dicat. Quia singu  
lis momentis mercari possumus talem fru  
ctum qui non deficit in eternum. hinc alia  
as dicitur. Non te pretereat particula diei  
Item bernardus. Nullam vniquam inue  
niat seruum dei non dico dies sed nec hora  
nisi vel exercitij labore vel proficiendi studio  
vel experientie dulcedine vel fruendi gau  
dio. Secundo operemur sapienter summo  
studio hoc agentes ne malum bonis misce  
amus ut bonis meliora preferamus opti  
ma melioribus antepoamus. Na de prio

dicatur in leuitico Non seras agrum tuum  
diuerso semine. quia ut ait apostolus No-  
dicum fermenti rotam massam corrumpit  
sic de reliquis duobus membris studiosissi-  
me faciamus. Tertio operemur diligenter  
quod tunc facimus si diligenti conamur  
summo studio nostra opera faciamus. Nam  
studium et diligentia tam in bonis quam in ma-  
lis plus mouet deum et plus estimatur quam  
ipsa opera sine illo. Nam de studio et dili-  
gentia malorum operum sepe legitur in p-  
phetis. Visitabo vos super studijs adinuen-  
tionum vestrarum. et iterum. Visitabo vos  
in indignatione propter malicia studiorum vestrorum  
per quod expresse innuitur quod plus deus ex-  
asperatur ex studijs malorum quam ex operibus  
ipsis malis. hinc Grego. Cuius delicta pu-  
niendo absoluuntur que ex sola precipitatio-  
ne committuntur. quaeque ex studio et dilige-  
ntia aggrauantur. sic etiam econuerso studi-  
um et diligentia bonorum plus placet et pla-  
cat deum quam opera ipsa bona. hinc dicitur  
in ps. Deus glorificatur in consilio sancto-  
rum. quod consilium non est aliud nisi stu-  
dium et diligentia prenotata. de hoc studio  
ammonere nos voluit dominus cum in deu-  
diceret Iuste quod iustum est exequaris. Iu-  
ste enim iustum exequimur quando cum  
fidei diligentia facimus opus bonum. hanc  
diligentiam approbat apostolus cum dicit  
Malum quicquid verba loqui sensu meo quam de-  
cem milia sine intellectu. Hinc quidam  
sapiens dicit. Non remuneramur nomini-  
bus sed aduerbijs id est non de bono facto  
sed si bonum bene facimus meritum reponi-  
tamus. **U** Septimo malus suo tem-  
pore floribus decoratur. qui flores secundum  
duplicem sensum duplex conferunt homi-  
nibus delectamentum. nam visui dant io-  
cunditatem olfactui vero suauitatem. Per  
hos flores interna deuotio designatur de qua  
bus floribus dicit illa in Can. Hyems tra-  
sijt imber abiit et recessit flores apparuerunt  
vocans ibi flores internam deuotionem et  
spiritualem consolationem. qui post hye-  
mem peccatorum et imbrem lacrimarum in-  
cipiunt appere de quibus gloriatur iterum  
sponsa in Cani. Lectulus noster floridus

est id est interna deuotionibus a domatibus  
de quibus floribus dicit bernardus. Gau-  
det celestis sponsus talibus anime adorna-  
mentis et cordis thalamum libenter frequen-  
terque ingreditur quod istiusmodi resperuz  
floribus inuenitur. ubi suae videlicet passio-  
nis gratiam. aut resurrectionis gloriam se-  
dula inspicit deuotione versari. ibi profe-  
cto adest sedulus adest libens. **H** ergo flo-  
res iocundant visum et afficiunt olfactum  
quod contingit cum diuina aspiratio tan-  
git mentem hominis intellectum qui per vi-  
sum accipitur illuminando. et affectum qui  
per olfactum accipitur inflammando. **H** ergo flo-  
res dicuntur iocundare visum. cum il-  
luminant intellectum et suauiter afficiunt  
olfactum cum inflammant affectum quae  
duplicem gratiam operatur nobis moyses  
deutero. cum dicebat. **U**tinam scirent et  
intelligerent ac nouissima prouiderent. vti-  
nam vilicij scirent ut per illuminationem affe-  
ctus et intelligerent per illuminationem in-  
tellectus. quas duas gratias quia sunt de  
genere fructuum in sequenti sermone cum  
de fructibus tractabimus latius exponemus  
prestante deo.

CLX.

De eodem sermo tercius.

**N**on est arbor  
bona que facit fructus malos.  
Luce. vi. **U** Grego. Cum in cordi-  
bus electorum dura et aspera predicantur  
cautum est ut consolatoria subiungantur  
ne per dura et aspera territi dicant. Durus  
est hic sermo quis potest eum au. ideo per sub-  
iunctam consolationem solidentur. ut audi-  
tis consolationibus ad agendum viriliter  
animantur. Sic filij israel per exploratores  
terre sancte territi dixerunt. Nequaquam ad  
hunc populum vaemus ascendere. quia  
fortior nobis est. quibus comparati quasi  
locuste videmur. quos ut exploratores ani-  
marent. ostenderunt eis fructus terre dice-  
tes Venimus ad terram ad quam misistis  
nos. que reuera fuit lacte et melle ut ex his  
fructibus patet. **U** Ex quibus animati di-  
xerunt. Ascendamus et possideamus terra